## N° 749[a].

### N. Heinsius à C. Dati.

[avril 1660] [1]).

*La lettre a été publiée dans „Clarorum Belgarum Epistolae, T. I."*

Viro Clariſſimo Carolo Dato Nicolavs Heinsivs S. P. D.

Exaratis hiſce, quas nunc mitto, ad Te literis, cum ad tabellarium, cui tradendae erant, me contuliſſem, eum iam ad vos profectum invitus didici. Dum itaque epiſtola in dies nonnullos proximos apud me moratur, pagellam Apollonii Goliani [2]) inter chartas meas oberrantem inveni. Eam nunc una accipies, cum literis ad Illuſtriſſimum Carolum Antonium Puteanum & Emericum Bigotium a me exaratis, de quibus recte curandis Tibi rem commendo. Convenit me diebus proximis elapſis Chriſtianus Hugenius, & narravit accepiſſe ſe Lutetia literas [3]), quae inventum Horologii a ſe editi Galilaeo veſtro vindicarent, ſancte teſtatus eius rei cum ignariſſimis ignarum ſe fuiſſe. Quod ſi ita res ſe habet, ea, qua par eſt ingenuitate puto agnoſcet, & profitebitur huius inventi gloriam primo Galilaeo deberi. Tu, quid eius rei ſit, me velim doceas. Ille aſſeverat nonnulla ſe nuper addidiſſe priori invento, per quae motus horologii emendetur, & longe certior reddatur [4]). Elzevirium impellere non deſino de permutandis Codicum Arabicorum exemplaribus, ſed is frigide ſemper & ieiune reſpondet. Videbo an praeſens apud praeſentem plus poſſit proficere. Vale, decus noſtrum.

Dabam Hagae Comitum MDCLXII. a. d. XVI. Januarii.

[1]) Dans les „Clarorum Belgarum Epiſtolae" cette lettre porte la date du 16 janvier 1662, comme il est marqué au bas de la lettre. A cette date N. Heinsius n'était pas à la Haye, mais en Suède (consultez les Lettres N°. 922 et 959); d'ailleurs le contenu indique une date de beaucoup antérieure. Dans la correspondance de C. Dati et N. Heinsius, qui se trouve à la Bibliothèque de l'Université de Leiden, nous avons trouvé une lettre du 2 mars 1660 à laquelle celle-ci est la réponse, ainsi que la réplique de Dati, datée du 4 mai 1660. Nous avons, en conséquence, attribué à la Lettre N°. 749[a] la date d'avril 1660.

Il en est de même de la Lettre N°. 936, qui dans le recueil cité porte la date du 27 décembre 1661, quoiqu'elle soit de décembre 1659. Pour cette dernière lettre la date se trouve rectifiée dans la Table de Corrections de ce Volume.

[2]) Cette édition d'Apollonius par J. Golius n'a jamais été publiée.

[3]) La Lettre N°. 616 de Boulliau, avec l'extrait de la Lettre N°. 604[a] (de ce Supplément) dans laquelle Leopoldo de Medicis écrit qu'il ne faut pas „defraudare" de la gloire de Galilei. „retrouvé."

[4]) C'est l'invention des arcs cycloïdaux. Consultez la Lettre N°. 691.



## N° 757[a].

### N. Heinsius à Ism. Boulliau.

26 juin 1660.

*La lettre se trouve à Paris, Bibliothèque Nationale.*
*Ism. Boulliau y répondit par le No. 762[a].*

Ismaeli Bullialdo Viro Clariſſimo Nicolaus Heinsius S. P. D.

Spes jampridem cum facta nobis ſit, vir celeberrime, de tuo in hocſe terrarum tractus excurſu [1]), intermiſi ſcriptionis officium, ne inani verborum ambage traherem et fruſtrarer accinctum itineri, quem jam jam nobis adfuturum augurabar. Sed cum differri profectionem in dies agnoſcam, in anteceſſum quicquid hoc eſt alloquii ab homine tui ſtudioſiſſimo habe, praeſertim cum ad jucundiſſimas literas tuas die quinto menſis Martii proxime elapſi exaratas reſponſis nihil hactenus pararim. Hugenio noſtro gratias egiſſe Principem Hetruſcorum Leopoldum pro Syſtemate Saturnio noli perſuaſum habere, ut credas. Falſus omnino rumor ille fuit, qui virum illuſtriſſimum induxit, ut id tibi nunciaret. Aliud ſcis comitatis legem poſtulaſſe; nec officii neglecti rationem ullam excogitare poſſum. Niſi quod aut indignatus eſt frigidius in ipſo ſcripto Galileum ſuum laudari, aut quod terrarum motum aſſerenti veritus eſt ſubſcribere hac tempeſtate, qua ad honores eccleſiaſticos [2]) in aulâ Romana creditur aſpirare. Quicquid ſit, ego litem iſtam meam non facio. Peti a Carolo Dato noſtro, ut ingenue cauſas ſilentii mihi aperiret, ſed is, cum frequenter me per literas conveniat, et caetera accuratus ſit, hic tamen Harpocratem agit. Interim Itali in amicum noſtrum inſurgunt magno conatu, jamque Bononiam ceciniſſe ſigna intelligo [3]), *ac librum* [4]) *prodiiſſe* ἐριςικὸν, *quem alius mox ſit excepturus*, *ab Euſtachio Divino*, *et Honorato Fabro* conjunctis operis contextus.

Nos Schotenum nuper [5]) extulimus, magno cum mathematicorum ſtudiorum damno. Prodiit proximis diebus in hac civitate Florentinum Concilium graece deſcriptum [6]) a delegatis eccleſiae orientalis [7]), qui ipſi Synodo interfuerunt. Caete-

[1]) En effet Boulliau, lors de son voyage à Dantsig, s'arrêta à la Haye depuis octobre 1660 jusqu'au 27 janvier 1661.

[2]) Ce ne fut que le 12 décembre 1667 que Leopoldo de Medicis reçut le chapeau de cardinal.

[3]) Les mots en lettres italiques se trouvent soulignés dans l'original. Probablement, Boulliau a souligné les phrases auxquelles il voulait répondre.

[4]) Voir l'ouvrage décrit dans la Lettre N°. 765, note 1.

[5]) Fr. van Schooten mourut le 29 mai 1660.

[6]) Vera hiſtoria Unionis non verae inter Graecos et Latinos, ſive Concilii Florentini exactiſſima narratio graecè ſcripta per Sylveſtrum Sgyropulum magnum Eccleſiarcham atque unum è quinque crucigeris et intimis conciliariis Patriarchae Conſtantinopolitani qui Concilio interfuit. Tranſtulit in ſermonem Latinum Rob. Creyghton. Hagae Comitis. 1660. in-fol.

L'original est un manuscrit grec de la Bibliothèque Royale de Paris, dont Cl. Sarrau envoya une copie à Is. Vossius. Sur la demande du roi d'Angleterre Charles II, alors à Bruxelles, Vossius remit cette copie à Robert Creyghton, chapelain du roi.

rum cum haec hiſtoria multum ſit diverſa ab illa narratione, quam Romae jam pridem prodiiſſe haud ignoras, cumque in contraria omnia abeat, ac manifeſte obloquatur iis commentariis [8]) quam immenſo molimine *Leo Allatius* [9]) *de perpetuo* utriuſque *eccleſiae conſenſu divulgavit*, *turbas hinc non mediocres fore concitandas praevideo. Gronovius* noſter Senecae Tragoedias [10]) plurimis locis caſtigatas ad fidem cum aliorum codicum tum Florentini optimi jam praelo commiſit. *Tacitum* [11]) quoque partim a ſe, partim a Lipſio aliiſque illuſtratum. Sed in Tacito minus laboris, credo, inſumpſit. Audio etiam prodiiſſe doctiſſimum commentarium [12]) *Ratboldi Schelii* [13]) *de militia Romanâ*, quem Amſtelodamo indies hic expectamus. *Ovidius meus* teſtudineo incedit gradu, idque typographorum culpa, cum in me jam nihil ſit morae. *Florentiâ ſcribunt editionem* [14]) *Apollonii Pergaei Arabicam valde urgeri.* Attulit nuper mihi ex illâ urbe tabellarius obſervationes Geometricas [15]) Vincentii Viviani, quibus ille librum Apollonii quintum inſtaurare et ſup-

---

[7]) Sylvester Syropulus (non pas Sgyropulus), un des cinq premiers grands vicaires de l'Eglise de Constantinople, se rendit au concile de Florence, et souscrivit d'abord le décret d'union entre les Grecs et les Latins; mais de retour à Constantinople en 1640, voyant l'aversion générale qui se manifestait contre cette union, il désavoua l'acte qu'il venait de signer.

[8]) Leonis Allatii, De Eccleſiae Occidentalis atque Orientalis perpetua Conſenſione, Libri Tres. Ejuſdem Diſſertationes, de Dominicis et Hebdomadibus Graecorum et de Miſſa Praeſanctificatorum; Cum Bartoldi Nihuſii ad hanc Annotationibus, de Communione Orientalium ſub ſpecie unica. Coloniae Agrippinae, Apud Jodocum Kalcovium. CIↃIↃCXLVIII. in-4°.

[9]) Leo Allacci (Allatius) naquit en 1586 dans l'île de Chio et mourut à Rome le 19 janvier 1669. Il vint en 1600 à Rome, fut souvent employé par les Papes, et devint en 1661 bibliothécaire du Vatican. Il a publié un grand nombre d'ouvrages.

[10]) Sur cette édition de „L. Annaei Senecae Tragoedia," voir la Lettre N°. 474, note 2.

[11]) Cet ouvrage ne fut publié que plus tard, sous le titre:

C. Cornelii Taciti Opera, quae exſtant, Integris J. Lipſii, Rhenani, Urſini, Mureti, Pichenae, Merceri, Gruteri, Acidalii, Grotii, Freinſhemii, & ſelectis aliorum commentariis illuſtrata. Joh. Fred. Gronovius recenſuit, & ſuas notas paſſim adjecit. Accedunt Jacobi Gronovii excerpta ex variis lectionibus MS. Oxonienſis. Amſtelodami, Apud Danielem Elſevirium. CIↃIↃCLXXII. in-8°.

[12]) Hygini Gnomatici, et Polybii Megalopolitani, de Caſtris Romanis, quae exſtant. Cum notis & animadverſionibus, quibus accedunt diſſertationes aliquot de re eadem militari populi Romani. R. H. S. Amſtelodami. Apud Judocum Pluymer, Bibliopolam, propter Curiam, ſub ſigno Senecae. MDCLX. in-4°.

[13]) Radbold Herman Scheels (Schele, Schelius), seigneur de Veenbrugge et Welberg, fils du noble, membre des Etats, Zweder Schele, naquit en 1616 (non en 1622 comme disent les biographes) et mourut à IJsselmuiden le 16 juin 1662. Ses études à Leiden terminées, il alla voyager, prit du service en Italie, puis retourna à son château, près de Steinfurt, et se voua à l'étude de la stratégie et de l'histoire. En 1651 il entra dans le gouvernement et devint drossard d'IJsselmuiden.

[14]) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 536, note 2.

[15]) L'ouvrage de Viviani „de Maximis et Minimis Geometrica Divinatio," décrit dans la Lettre N°. 739, note 3.



plere conjecturâ minime infelici eſt aggreſſus. De Apollonio tamen ipſo mallem minus feſtinaſſent Florentini, quod in eadem Sparta adornanda jampridem occupetur *Clariſſimus Golius*, cui cum exhibuerim ſpecimen operis *Florentini* is aſſeveravit mihi, non eſſe ipſum *Apollonium*, quem illi ſint edituri, ſed *Apollonii compendium*, cum ipſe Apollonium genuinum penes ſe Arabice extare affirmet.

Abiit hinc in Gallias praeterita hyeme doctiſſimus *Gudius* [16]), gente Holſatus, ſtudia humaniorum literarum, quibus feliciter hactenus incumbit, promoturus. Is, ſi vobis etiamnum adeſt, et te convenire ſolet interdum, meo nomine quaeſo meiſque verbis ſalveat. Sollicitum me aliquamdiu habuit cura cariſſimi capitis, praeſertim cum nihil toto, quo a nobis jam abeſt, tempore aut ad me aut ad alios amicos literarum dederit. Commendaram illum noſtro Menagio. Sed ne ille quidem quicquam ad iſta mihi reponit. qua tamen in re nihil inſolenter fecit, ſed antiquum obtinere mihi omnino eſt viſus.

Si aut *Gloſſaria Labbaei* [17]) aut *Themiſtii nova* editio [18]), aut quicquam hujus notum apud vos nuper prodiit, eorum exemplar ut tecum feras, etiam atque etiam rogo. Pretium librorum aut eo ipſo, quo huc adveneris, momento tibi reſtituetur, aut jam nunc a me numerabitur, et Lutetiam ad te mittetur, ſi tempeſtivum eſt. Cur hoc a te ſperare audeam, librariorum noſtratium ſupinitate fit, qui libros apud vos editos toto nonnunquam biennio ſerius, quam fieri debebat, venales exponunt. De ſcriptis Theologicis minus ſum ſollicitus. *Ælianum* [19]) *tamen Fabri* [20]), ſi jam publici iuris eſt factus, cupiam videre, et ſi qui *Menagianas ad Laertium* [21]) *obſervationes* typis deſcriptae ſunt. Habes hic epiſtolium ad Clariſſimum

---

[16]) Marquard Gude (Gudius), fils du bourgmestre de Rensbourg, Peter Gude, naquit à Rensbourg le 1er février 1635 et mourut le 26 novembre 1689 à Copenhague. Après avoir terminé ses études à Jena, il visita en 1658 les Pays-Bas et entreprit en 1659 avec son ami Samuel Schatz [né à la Haye vers 1631 et mort en 1678], des voyages archéologiques pour la recherche d'inscriptions; ils traversèrent la France, l'Italie, l'Angleterre et l'Allemagne, où on lui offrit plus d'une fois une chaire: mais il les refusa et revint aux Pays-Bas. En 1671 il devint bibliothécaire du duc de Holstein et du roi de Danemarck. C'est à lui qu'échut, par testament, la belle bibliothèque de S. Schatz.

[17]) Cet ouvrage ne parut qu'en 1679, voir la Lettre N°. 596, note 7.

[18]) Cet ouvrage parut plus tard sous le titre:

Themiſtii Orationes XXXIII. E quibus tredecim nunc primum in lucem editae. Dionysius Petavius, e Societate Jeſv latine pleraſque reddidit, ac fere vicenas Notis illuſtravit. Acceſſerunt ad eaſdem XX. Orationes notae alternae ad reliquas tredecim perpetuae Obſervationes Joannis Harduini ex eadem Societate. Pariſiis, in Typographia Regia. Excudebat Sebaſtianus Mabre-Cramoiſy, Regis Typographus, & Regiae Typographiae Director. M.DCLXXXIV. in-folio.

[19]) Cette édition de „Cl. Aeliani Variae Hiſtoriae Libri XIV" ne parut point. Consultez la Lettre N°. 762a.

[20]) Sur Tanneguy Lefebre (Tanaquil Faber) consultez la Lettre N°. 196, note 2.

[21]) Laertii Diogenis de Vitis Dogmatis et Apophthegmatis eorum qui in Philosophia claruerunt; Libri X. Thoma Aldobrandino Interprete. Cum Annotationibus ejuſdem. Quibus acceſſerunt

Medonium [22]), quod Toloſam perferri rogo cures. Vale, vir Eximie, et me tibi addictiſſimum amare perge.

Dabam Hagae Comitum A°. cIↄIↄCLX a. d. XXVI Junii.

## N° 758$^a$.

C. Dati à N. Heinsius.

13 juillet 1660.

*La lettre se trouve à Leiden, coll. Burmann.*
*N. Heinsius y répondit par le No. 772$^a$.*

Mio Signore e Padrone ſingulariſſimo.

Riceuo la gentiliſſima di Voſtra Signoria de 26 di Giugno. Jn riſpoſta, quando ſi potrà ſentire in iſcritto il parere del Signore Golio ſarà caro, mà pero non ne faccia maggiori inſtante. La prego bene a inſiſtere nelle diligenze circa le coſe Pitagoriche. Mi diſpiace in eſtremo della morte del Signore Schooten. Ho pronti alcuni libri per Voſtra Signoria parte di Roma, parte di qui, e parte d'altrove per mandarli con prima occaſione di Vaſcelli. Con eſſi manderò quattro Copie delle Opera delle Opera del Signore Viuiani [1]) quale egli manda per recapitare al Signori Golio, Witſio, e Vgenio. e uno ne mando io a Voſtra Signoria. Ho penetrato che il Signore Vgenio ſtia in qualche ſoſpetto per non auer mai auuto lettere del Sereniſſime Principe Leopoldo, e dubiti che Sua Altezza non abbia gradito ch' egli non abbia fatto mentione del Signore Galileo ſi circa all' Occhiale, come circa il pendulo, ſi accerti Voſtra Signoria ob il Signore Eugeni, che il Signore Principe ha gradito al più alto ſegno l'onore fattoli dal Signore Vgeni, e le giuro, che mel' hà atteſtato molte uolte, auti egli deſidera ſoprammodo l'amicizia, el commerzio letterario con un litterato par ſuo, come egli ha contanti altri, ma per

Annotationes H. Stephani, & Utriuſque Caſauboni; Cum uberriſſimis Aegidii Menagii Obſervationibus. Londini, Impenſis Octaviani Pulleyn, ad inſigne Roſae in Coemiterio Paulino; Typis Tho. Radcliffe. MDCLXIV. in-folio.

[22]) Bernard Medon était juge au présidial de Toulouse; ce savant entretenait une correspondance suivie avec Nicolas Heinsius: elle se trouve à la Bibliothèque de Leiden, fonds Burman.

[1]) De Maximis et Minimis Geometrica Divinatio. Voir la Lettre N°. 739, note 5.



quello hò ritratto egli non iſcreſſi perche il Signore Vgenio non hà ſcritto a lui, e alle lettere ſtampate [2]) ne' libri non credo uſi il riſpondere. E non eſſendo ſtato il libro accompagnato con lettere, commeſſe a me che lo preſentai, che in ſuo nome uiuamente lo ringraziaſſi. Si che il Signore Vgenio può ſcacciar dall' animo ſuo ogn' ombra di ſoſpetto, e creder certamente che più corteſe Signore del Principe Leopoldo non può trouarci; e ſe le pare el' inſinuar deſtramente, ch' egli ſcrive a Sua Altezza pigliando qualche occaſione, o circa l'Opere ſua, o circa altre nouità non ſolo m' aſſicuro che il Signore Principe riſponderà, ma continuerà il commercio perpetuamente. Il Signore Diuini di Roma ſento che abbia inuiato il ſuo libretto [3]) a Sua Altezza inſieme con uno de' ſuoi teleſcopi; mà per ancora Sua Altezza non l' ha riceuuto. Si ſtà aſpettando con anſietà, non ſi ſapendo in che conſiſta l' oppugnare, la proſſima ſapià il tuto, che ſcriuerò pià a lungo ſopra gli altri particolari. Di Bologna non ſò che in tal materia eſca, o ſia per uſcire libri del Padre Riccioli [4]), mà ben ſì un' Opera degli Occhiali del Conte Manzini [5]) di non grande ſtima. Ma queſti non ha cognizione del Signore Vgenio, ne anche del' Opera del Borello de Vero Teleſcopij inventore [6]) eſſendo aſſai adietro, de quello parimente manderò uno con gli altri libri. non iſcriuo altro per fretta; e la riueriſco di cuore. Di firenze li 13 Luglio 1660.

Di Voſtra Signoria mia Illuſtriſſima
diuotiſſimo obbligatiſſimo Seruo
Carlo Dati.

Al Signore Niccolò Einſio Mio Signore
e Padrone Singolariſſimo
Aga.

[2]) La dédicace de son „Systema Saturnium."
[3]) Brevis Annotatio. Voir la Lettre N°. 765, note 1.
[4]) Sur le livre de Riccioli consultez la Lettre N°. 761$^a$, note 3.
[5]) Sur l'ouvrage de C. A. Manzini voir la Lettre N°. 774, note 9.
[6]) Voir l'ouvrage décrit dans la Lettre N°. 330, note 2.

## N° 761[a].

### C. Dati à N. Heinsius.

27 JUILLET 1660.

*La lettre se trouve à Leiden, coll. Burman.*

### Mio Signore e Padrone Oſſervandiſſimo.

Sono due ſettimane, che io ſcriuo lungamente a Voſtra Signoria, e non hò per ancora interamente riſpoſto all' ultima ſua. Già auerà ſentito che di Roma arriuò il libretto del Signore Euſtachio Diuini [1]), inſieme con l'Occhiale, il quale ne ſi è per ancora prouato per non c'eſſer canna ſi lunga. Jl libretto ſi è letto con qualche attenzione, e fattoui ſopra uarie rifleſſioni delle quali non poſſo dir coſa alcuna, ſe non che quando ſi manderanno al Signore Diuini, e al Padre Fabbri, ſi manderanno anche al Signore Criſtiano Vgenio al quale ſarà ſcritto per quanto intendo. Seruale per ora che il merito, e la uirtù del Signore Vgenio, è conoſciuta, e ſtimata aſſai dal Sereniſſimo Principe Leopoldo, e dalla ſua Accademia. Ed ſpezialmente dal Signor Dottore Giovanni Alfonſo Borelli Profeſſore delle matematiche in Piſa, e dal Signore Vincenzio Viuiani i quali m'anno impoſto preciſamente il riuerire in nome loro il medeſimo Signore Criſtiano con ogni più uiuo, e reuerente affetto. Suppongo che il libretto del Signore Diuini ſia arriuato in coteſte parti, tuttauia ne hò uoluto tralaſciare di mandarne uno che mi è capitato di Roma queſta mattina inſieme con queſta mia. Scriſſi a Bologna per ſapere ſe foſſe uero che il Padre Riccioli aueſſe ſcritto contro il Signore Vgenio, e il trouo che egli hà fatto, o fà una Apologia, ma che non è per pubblicarla altrimenti [2]), ſe non incluſa nel ſecondo Tomo del ſuo Almageſto [3]). Jn Bologna ſi riſtampa l'Opera di Luca Valerio

[1]) Brevis Annotatio. Voir la Lettre N°. 765, note 1.

[2]) Ceci explique comment cet écrit de Riccioli se trouve souvent nommé dans la correspondance, sans que nous en ayons pu trouver quelque trace.

[3]) Le Tome second de l'Almagestum de Riccioli avait déjà paru en 1651; ici Dati veut indiquer:

Aſtronomiae Reformatae Tomi Dvo: Qvorvm prior Obſervationes, Hypotheſes, et Fvndamenta Tabvlarvm, poſterior praecepta pro vſu Tabularum Aſtronomicarum et ipſas Tabulas Aſtronomicas CII. [Novalmageſticos] continet. Prioris Tomi in decem Libros diviſi, Argumenta Pagina ſequenti exponuntur. Avctore P. Joanne Baptiſta Ricciolo Societatis Jeſv Ferrarienſi. Bononiae. MDCLXV. Ex Typographia Haeredis Victorij Benatij. Svperiorvm Permiſſv. II Vol. in-folio.

On y trouve en effet:

pag. 366. Chriſtiani Hugenij Syſtema Saturnium.

pag. 367. Iudicium de Theorica Hugenij, & Indicium de Noſtra.

pag. 368. Armilla cingitur tenui, plana, Elliptica, duobus locis cohaerente; ſiue parallela Aequatori; ſiue in ſe circumuolubili, aut libratili verſus Mundi polos.



de Centro grauitatis [4]) con altri Opuſcoletti de Quadratura Parabolae et de Quadratura Circuli [5]). l'Apollonio [6]) proſeguiſce lentamente ſtante i caldi eceſſiui, ma però ſempre ſi lauora; a ſegno che le mie occupazioni domeſtiche, e qualche ſtudio proprio, con l'aggiunta di queſta laborioſa, e faſtidioſa incumbenza di queſta edizione mi tiene talmente occupato, che io non poſſo far' altro, e per ciò non hò potuto riſpondere a molti capi della lettera di Voſtra Signoria ſopra Ouidio, e gli altri Poeti, e loro Manuſcritti, riſponderò la proſſima.

Jl Plinio [7]) del Daneſio [8]) ueramente io ne l' hò; e benche io ſia tanto ſopraffatto da i donatiui di Voſtra Signoria auendone ella due non recuſo la ſua offerta generoſa, anti aggiungo che uolendo fauorirmi delle uarie lezioni de' Manuſcritti antichi del Signore Voſſio potrebbe notarle in margine di detta edizione con ſua commodità collazionando que i libri doue Plinio parla di Pittura, colori, etc. ſcultura, marmi etc. l Architettura etc. e per il biſogno preſente le manderò alcuni luoghi, che m'importa il ſaperli preſto. Gli Annali Romani del Pighio [9]) non li hò ma non ſe ne priui in alcuna maniera, come anche l'Heniſchio ſopra le ſſera di Prelo [10]). gli altri accennati li hò tutti. La nota de' meuoſi non hò tempo a farla. il Tratto della milizia Antica del Signore Ratbaldo Schel [11]) mi ſarà gratiſſimo, e quando deſideri copia del Manuſcritto d'Vrbicio [12]) ſarà ſeruito auendo un giouane diligentiſſimo atto a far della copia.

Auuertiſco bene che dal Signore Emerico Bigot mi uien detto che Monſignore Luca Olſtenio [13]) a inſtantia della Regina di Suezia mandaua la ſua Copia riuiſta, e rincontrata al Signore Giovanni Scheffero [14]), ed eſſendo la Maieſta della Regina

[4]) De Centro gravitatis Solidorvm Libri Tres, Lvcae Valerii, Mathematicae, & Ciuilis Philoſophiae in Gymnaſio Romano Profeſſoris celeberrimi. In hac noſtra editione, ſeruata ad vnguem Auctoris mente, multo correctiores. Bononiae. Ex Typographia Haeredum de Duccijs. MDC.LXI. Superiorum permiſſu. in-4°.

[5]) Voir la Lettre N°. 135[a], notes 2 et 3.

[6]) Consultez sur cette édition d'Apollonius la Lettre N°. 536, note 2.

[7]) Plinii Naturalis Hiſtoria, poſt omnes editiones, pluribus in locis feliciter nunc reſtituta auxilio veterum codicum et doctorum omnium diligentia: acceſſit Index. Edente Petro Bellocirio. Pariſiis, apud Joan. Parvum. 1532. in-folio.

[8]) Pierre Danès naquit en 1497 à Paris, où il mourut le 23 avril 1577. Il voyagea beaucoup, collectionna des manuscrits et fut souvent envoyé en ambassade, entre autres au concile de Trente. Il devint précepteur de François II et, en 1557, évêque de Lavour. Entre autres ouvrages il donna une édition de Pline, publiée sous le nom de son domestique:

Pierre Bellitière (Petrus Bellocirius).

[9]) Voir la Lettre N°. 776, note 26.

[10]) Lisez: Procli. Voir sur cet ouvrage la Lettre N°. 776, note 26.

[11]) Consultez la Lettre N°. 757[a], notes 12 et 13.

[12]) Consultez la Lettre N°. 776.

[13]) Voir la Lettre N°. 643, note 3.

[14]) Johann Scheffer naquit à Strasbourg en 1621, et mourut à Upsala le 26 mars 1679. Il quitta

partita di Roma per Allemagna ſono pochi giorni ſi crede certo, che l'auerà portata ſeco. Ma queſto ſaperò meglio quando ſarà tornato a Roma il Signore Bigot.

Farò diligenza di trouare i libri d'Jtalia che ella deſidera, e come arriuino alcuni li ſpedirò in Amſterdam; e ne auerà auuiſo, e nota diſtinta. Quando mai eſca la Relazione delle nuoue Iſole mi ſarà grata ſopramodo per moſtarla al Sereniſſimo Gran Duca mio Signore che ne è curioſiſſimo. Hò fatto una Poeſia [15]) ſopra la Pace, e Noue di Francia di uicino a n°. 500 uerſi indiritta all' Eminentiſſimo Cardinale Mazzarino, ma per eſſer le mie muſe infingardite non mi ſodiſſò, benche gli amici mi ſtimoliuo a ſtamparla. Se mi riſoluo ne manderò alcune a Voſtra Signoria. Tutti gli amici la riueriſcono, e in particolare il Signore Valerio Chimentelli [16]). Illuſtriſſime Signore Marucelli [17]) a tempo nuouo anderà a Parigi Reſidente per il Sereniſſimo Gran Duca di Toſcane. Illuſtriſſime Signore Bigot non oſtante i caldi è indefeſſo nella libreria di San Lorenzo, e la ſaluta affettuoſamente. Ed io con pregarle ogni più uero contento oſſequioſamente la riueriſco. Di Firenze Li 27 Luglio 1660.

Di Voſtra Signoria Mio Padrone

Divotiſſimo Obbligatiſſimo Servo
Carlo Dati.

bientôt l'Alsace et se fixa en Suède, où la reine Christine lui fit obtenir en 1648 la chaire d'éloquence et de politique à Upsala, ensuite celle de droit; plus tard il y devint bibliothécaire de l'Académie. On a de lui un grand nombre d'ouvrages; sa correspondance avec les savants de son époque fut fort étendue.

15) Carlo Dati. La Pace, Selua Epitalamica nelle Nozzi di Luigi XIV Re di Francia, e Maria Tereſa d'Auſtria, al cardinale Giulio Mazarini. Fiorenza. 1660. in-folio.
Il y en eut une troisième édition, Firenze 1669. in-4°.

16) Valerio Chimentelli naquit à Florence et mourut en 1670 à Paris. Il fut professeur de langue grecque à Florence, puis à Pise. Il a été le précepteur du grand-duc Cosimo III.

17) Giovanni Filippo Marucelli, mort à Florence en 1680, est le frère du prélat Francisco Marucelli (voir la Lettre N°. 782, note 5). Il était érudit grec et latin, et devint secrétaire du grand-duc de Toscane.



## N° 762$^a$.

### Ism. Boulliau à N. Heinsius.

30 JUILLET 1660.

*La lettre se trouve à Paris, Bibliothèque Nationale.*
*Elle est la réponse au No. 757$^a$. N. Heinsius y répondit par le No. 766$^a$.*
*Elle a été publiée par Burman dans son Sylloge [1]).*

Clariſſimo Viro Nicolao Heinsio Ismael Bullialdus S. P. D.

Ante tres ſeptimanas priori epiſtolae Tuae, Vir Clariſſime, Junii die 26 ad me datae reſpondiſſem niſi quaedam interveniſſent, quae animum diſtraxerunt, negotia citius quoque profectionis noſtrae in Bataviam diem ceſſurum, meque praeſentem tuis deſideriis obtemperaturum ſperaveram, etſi vero ſarcinulae meae leves ſint curtaque ſupellex; nec ad illas convaſandas, ut me itineri accingam, grandibus machinis et longa mora ſit opus; quibuſdam tamen fuit mihi attendendum quae me etiam occuparunt. Cum vero abitionis noſtrae tempus hactenus fuerit ob maximi momenti rationes protractum, officium meum diutius deſerere, tuamque expectationem commorare minime civile et honeſtum foret et nimiae negligentiae culpandus merito venirem. Quapropter ad utramque epiſtolam tuam praenotatam nempe ac poſtremam 22 Julii decurrentis ſcriptam ſum hacce meo quam potero diligentiſſime reſponſurus, pluribus autem, ut ſpero, cum veſtras regiones adiero, tecum acturus.

Mecum ſaepius agitavi ac expendi, quid cauſae ſubeſſe poſſit, quamobrem a Sereniſſimo Principe Leopoldo ab Hetruria noſter Clariſſimus Chriſtianus Hugenius ſolitis comitate et humanitate illi innatis virtutibus exceptus non fuerit; nihilque propterea reſponſi acceperit, ita ut exhibiti ab amico noſtro obſequioſi officii et dedicati operis nulla ſit gratia. Ob parcius laudatum ſummum virum Galileum, vel aſſertam terrae mobilitatem, et ob retentum Syſtema mundi Pythagoricum a Copernico reductum, id factum vix ſuadeor; nec favorabili reſponſo ſuo conceptas de purpure adipiſcendo honore ſpes ſuas [2]) imminuturum Principem illum putaſſe, exiſtimo. Conjicerem potius, Principes illos Sereniſſimos noſtrum Hugenium de plagiatu ſuſpectum habere, adque ipſum coeca quadam et ignota via inventum a Galileo pendulum et Horologio adaptatum manaſſe fere perſuaſos, quod poſtea tanquam ſuum toti orbi venditarit. De illis Hugenium monui [3]), et apud

1) Sylloges Epiſtolarum a Viris Illuſtribus ſcriptarum Tomi quinque, collecti et digeſti per Petrum Burmannum. Nomina exhibebit poſt Tomum quintum Index primus. Leidae, Apud Samuel Luchtmans. 1727. V Vol. in-4°.

2) Leopoldo de Medicis ne reçut le chapeau de cardinal qu'en 1667.

3) Consultez la Lettre N°. 616.

illos Principes ipſum excuſavi [4]) non ſolum; ſed etiam ipſius utpote viri probi ingenui et ſinceri cauſam egi; quorum tamen ſuſpiciones amoliri penitus aut diluere me non potuiſſe deprehendi. Optimi ac eruditi Bigotii ad Menagium literis Hugenii ſyſtema Saturnium ab Italis exagitari cognovi. Quid ipſi opponere praeter illa, quae a me ſunt antea objecta poſſint, non video. Infra quadriennium Saturnus ipſe, quam eſt in Sagittarii dodecatemorio oſtenſurus, facie de forma ſua litem dirimet.

Schotenium obiiſſe [5]) ſcripto carmine elegiaco optimus Juvenis Samuel Tennullius [6]) Clariſſimi Gronovii ſororius [7]) nobis Pariſienſibus ſignificavit. Artes mathematicae earumque cultores virum illum deſiderabunt, qui multa ſane pulchra et utilia jam ediderat.

Illuſtriſſimos Viros Petrum et Jacobum Puteanos [8]) ſine Laudum titulis mihi nunquam nominandos in concedenda Hiſtoriae Concilii Florentini è Regio codice tranſcriptione minus faciles ac indulgentes optaſſem; illam enim vulgari, et publici juris fieri nec Regni, nec Reipublicae Literariae multum intererat. tantas tamen turbas inde excitandas non praevideo; neque ad Leonis Allatii revincendam erroneam aſſertionem [9]) illa hiſtoria opus erat, aut unquam erit; cum tentata aliquoties, nec tamen feliciter, Eccleſiarum Occidentalis et Orientalis reconciliatio libri ipſius [10]) titulum futilem, ejuſque probationes omnes infirmas manifeſtiſſime arguat. Jamdiu eſt, cum Clariſſimi Gronovii in Senecae Tragoedias lucubrationes [11]) videre cupio. Tacitus vero cunctorum politicorum et criticorum manibus contrectatus,

4) Consultez les Lettres Nos. $609^a$ et $637^a$.

5) Frans van Schooten mourut le 29 mai 1660. Consultez la Lettre N°. 759. Le panégyrique en question, intitulé:

Elegia Samuelis Tennulii in obitum inclyti ſui Doctoris & celeberrimi Mathematici, Franciſci Scoteni, Emendatiſſimi & diligentiſſimi Matheſeos in alma Batavorum Academia Profeſſoris, defuncti 4. Cal. Jun. CIↃIↃCLX. in-4°,

a été publié par ten Nuyl à la suite de son ouvrage:

Jamblichus Chalcidenſis ex Coelo-Syria in Nicomachi Geraſeni Arithmeticam introductionem, et de Fato. Nunc primum editus, in Latinum ſermonem converſus, notis perpetuis illuſtratus à Samuele Tennulio. Accedit Joachimi Camerarii Explicatio in duos Libros Nicomachi, cum Indice rerum & verborum locupletiſſimo. Arnhemiae, Proſtant apud Joh. Fredericum Hagium. Daventriae typis deſcripſit Wilhelmus Wier. CIↃIↃCLXVIII. in-4°.

6) Samuel ten Nuyl (Tennulius) et non pas ten Uyl, naquit à Deventer en 1635. Ses études en philosophie faites à Leiden, il devint professeur d'histoire à Steinfurt, en 1667 à Nimègue, ensuite à Arnhem.

7) J. F. Gronovius avait épousé Alida, sœur de Samuel ten Nuyl. Il était donc le beau-frère de celui-ci et non son beau-fils, comme le dit Saxe dans son Onomasticon. Voir la Lettre N°. 474, note 4.

8) Boulliau désigne ici Pierre et Jacques Dupuy. Consultez la Lettre N°. 231, note 9.

9) Consultez la Lettre N°. $757^a$, note 9.

10) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. $757^a$, note 8.

11) Voir l'ouvrage décrit dans la Lettre N°. 474, note 2



deterſus, expolitus, quid ſplendoris aut claritatis a quoquam referre queat? niſi a bipede illo σχολαστικῷ ζώῳ ὃ πάντες κατεγέλασον, ut Arriani Stoïci [12]) verbis utar, Peiraredio Aquitano critico [13]) qui hunc Hiſtoricum ſolus ſe intelligere, nulloſque ante ſe intellexiſſe credit, jactat, praedicat. Militiam Romanam [14]) felicioribus avibus divite meſſe, fortaſſe etiam ſpicilegio, Schelio non relictis tractaſſet ſummus noſter Salmaſius, quàm uſuras [15]), nauticum foenus [16]), mutuum [17]), Dies criticos [18]) verſavit et computavit. Opera et Gronovii et Schelii aliquando inſpiciemus, et ad juvenilia ſtudia, ubi tuus totus mihi legendus Ovidius prodierit, redibo.

Superiori hebdomade faſciculum a Sereniſſimo Principe Leopoldo, quo Vincentii Viviani de Maximis et Minimis [19]) opus incluſum erat, per curſores huc ad me miſſum accepi. Rectè judicarunt, in quorum ſane numero Clariſſimus Hugenius reponendus, qui tantum opus feliciter abſolutum pronunciavere. In eo ſane raptim a me et obiter hactenus pervoluto multa profundae meditationis ac ſubtiliſſimae induſtriae in tractandis rebus Geometricis certiſſima judicia ſeſe mihi obtulerunt. Reſponſum hodie ad Sereniſſimum Principem Leopoldum dedi, & de tanta in me benevolentia, grates ipſi egi; ad Carolum etiam Renaldinum [20]) in Piſana univerſitate philoſophiae profeſſorem ſuper duobus problematibus Geometricis ab ipſo mihi propoſitis reſcripſi. Idem quoque Sereniſſimus Princeps Apollonii editionem ſtrenue promoveri mihi benigne ac comiter ſignificavit. De Clariſſimo ac doctiſſimo Golio, ejuſque in publicandis Apollonii libris ſtudio et opera collatis, me tibi antea ſcribere memini; debuerat, cum tempus ipſi ſuppetierit longiſſimum, caeteris praevertere; ejus tamen laboribus, ſi integrum Apollonium penes ſe habeat, compendii editio Florentina non officiet, famamue obſcurabit.

12) Consultez Lib. I Chap. 11, in fine, de l'ouvrage:

Arriani Nicomedienſis de Epicteti philoſophi, praeceptoris ſui, diſſertationibus Libri IIII, ſaluberrimis, ac philoſophica grauitate egregiè conditis, praeceptis atq; ſententiis referti, nuncq; primùm in lucem editi: Jacobo Scheggio Medico Phyſico Tubingenſi interprete. Acceſſit Epicteti Enchiridion, Angelo Politiano interprete. Graeca etiam Latinis adiunximus, ut commodius ab utriuſq; linguae ſtudioſis conferri poſſint. Cum gratia & priuilegio Imperiali ad annos ſeptem. Baſileae, Per Ioannem Oporinum. [MD.LIIII. Menſe Martio] in-4°.

13) Sur Jean de Peyrarede voyez la Lettre N°. 596, note 15.

14) Voir son „de Re Militari Romanorum Liber," cité dans la Lettre N°. $11^a$, note 8. (Supplément du Tome II).

15) *a*) De Uſvris Liber. Clavdio Salmaſio auctore. Lvgd. Batavor. Ex Officina Elſeviriorum. CIↃIↃCXXXVIII. in-8°.

*b*) De Modo Uſvrarvm Liber, Clavdio Salmaſio auctore. Lvgd. Batavor. Ex Officina Elſeviriorum. CIↃIↃCXXXIX. in-8°.

16) Diſſertatio de Foenore Trapezitico. In tres libros diviſa. Claudio Salmaſio Auctore. Lugduni Batavorum. Ex officina Ioannis Maire. CIↃIↃCXL. in-8°.

17) Voir les ouvrages cités dans la Lettre N°. $11^a$, (Supplément du Tome II).

18) Voir son ouvrage „de Annis Climactericis", décrit dans la Lettre N°. 41, note 1.

19) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 739, note 3.

20) Voir la Lettre N°. 697, note 10.

Dominum Gudium [21]) Holſatum ſemel aut bis ante ſex menſes vidi, deinceps vero quicquam de illo, aut quid ipſi contigerit, a nullo audivi.

Ad poſtremam epiſtolae tuae prioris partem nunc reſpondeo. Labbaei Gloſſaria [22]) nondum abſoluta ſunt, teſtudineo greſſu typographicae operae gradientes intra unum menſem ſex vel octo folia excudunt; neque hoc anno vaenum proſtiturum ſpem faciunt. De Themiſtii orationum [23]) editione nova non eſt etiam quod citius expectes. Tanaquillus Faber in Aelianum quaedam Commentaria incoeperat, ſed illa omiſit; et Anacreontis Sapphûſque poematum [24]) quae ſuperſunt editio elegans ſatis ab ipſo notis eruditis additis curata eſt, et Salmurio Pariſios ante menſes aliquot advecta, cujus unum exemplar ad te perferam. Laertio Menagius [25]) quotidie incumbit, interim vero a Londinenſi Typographo [26]) nuntios nullos literaſve a longo tempore ſe non habuiſſe quaeritur. Ipſe ad Clariſſimum Medonium [27]) epiſtolam tuam curavit.

Ad alteram tuam eamque poſtremam epiſtolam tandem reſponſum hic dabo. Quam rectè quam te dignam rem agis, cum Sereniſſimi Principis Electoris Palatini deſideriis, ut foetum tam nobilem, Lucani emendatiſſimam editionem in lucem emittant, manus tuas obſtetrices porrigis [28]). Opera tua raritate Principum, qui ſimili utantur, non vileſcet; quo pauciores literis eruditiſque hominibus favent, eorum nomen famaque, virorum etiam doctorum operam ſuam ipſis commodantium majorem in modum celebrabuntur. Juſſit me Illuſtriſſimus ac Excellentiſſimus Dominus Thuanus, Regius ad Ordines Foederati Belgii Legatus, ut in omnibus morem tibi geram ac obtemperem, et libros per te indicatos Manuſcriptos Celeberrimae Bibliothecae ſuae, cum hinc diſcedam ad te perferri cum caeteris ſarcinis curem. ex familiari conſuetudine quam cum ipſo jam diu habes, indoles ejus recta ac generoſa et ad omnes res eximias honeſtaſque diſciplinas propenſio notiſſimae tibi erant. Hinc etiam, quod ſe tam facilem praebeat tamque libenter librorum ſuorum tranſlationem concedat, cum eruditis viris ſummo ſtudio ac generoſa magnanimitate genti ſuae ingenitis favere, et quiſnam ſit librorum legitimus uſus, quos tineis et blattis corrodendos avarè ac invide non occultat, nec quos inter luxus inſtrumenta, ſicut hodie more peſſimo ac depravatiſſimo apud nos

---

21) Voir la Lettre N°. 757*a*, note 16.
22) Voir la Lettre N°. 596, note 7.
23) Voir l'ouvrage décrit dans la Lettre N°. 757*a*, note 18.
24) Anacreontis et Sapphonis Carmina. Notas & Animadverſiones addidit Tanaqvilivs Faber; in quibus multa Veterum emendantur. Salmvrii. Apud Joannem Lenerivm. M.D.C.LX. in-12°.
25) Consultez la Lettre N°. 757*a*, note 21.
26) Sur Octavian Pulleyn consultez la Lettre N°. 277, note 2. Son magasin avait pour enseigne „the Rose."
27) Sur Bernard Medon voir la Lettre N°. 757*a*, note 22.
28) Heinsius n'a pas satisfait à ce désir de publier les œuvres de L. Annaeus Lucanus



vivitur, ignarae hominum oſtentet turbae, poſſidet, ipſum apprime etiam doctum probe tenere, quivis cognoſcere poteſt. Monaſterii Sancti Germani Bibliothecarium [29]) adibo et Illuſtriſſimi Domini Thuani nomine rogabo, ut votis tuis et precibus annuere velit. Apud Illuſtriſſimum Senatus Praeſidem Memmium [30]) per amicos ſum acturus, ut quid inde ſperandum ſit exploratum habeam, nec omittam praeterea ad Sancti Victoris Bibliothecam me conferre, ut cum illis de hoc quoque negotio colloquar; verum aliquid apud hos omnes me perfecturum eſſe tibi non recipio. Prolixiori epiſtolae ſalutatis amicis Hugenio, Voſſio, Gronovio caeteriſque, finem imponam. fauſta tibi omnia, proſperoſque ac faciles rerum ſucceſſus tibi precor. Vale Vir eruditiſſime ac Celeberrime et me ſemper ama. Dabam Pariſiis die 30 Julii anno 1660.

## N° 766*a*.

### N. Heinsius à Ism. Boulliau.

5 août 1660.

*La lettre se trouve à Paris, Bibliothèque Nationale.*
*Elle est la réponse au No. 762a.*

### Nicolaus Heinsius Ismaeli Bullialdo Viro Clariſſimo S.

Illuſtriſſimi Thuani ſummam benignitatem et incredibile in ornandis literis ſtudium recte commendas et laudas, mi Bullialde. nec quicquam tam magnificum aut amplum de eius virtutibus dici poteſt, quod illae non exſuperent longe ac antevertant. Quo magis mihi enitendum ſentio, ne tam obvia et profuſa comitate abutar. Quapropter rogo te enixe atque obteſtor, ne auctoritatem ſummi viri in diſcrimen voces, ſi negotium de Sancti Germani et Sancti Victoris bibliothecis anceps aut repulſus obnoxium eſſe deprehendes, aut multa cum difficultate conjunctum. Fore enim rem impetratu difficilem Menagianae literae praeſagiunt. Spem tamen facit

---

29) Dom Jean Luc d'Achéry naquit en 1609 à Saint-Quentin et mourut en 1685 à Paris. Il était bénédictin et devint en 1645 bibliothécaire de l'Abbaye de Saint-Germain des Prés: dans cet emploi, qu'il remplit jusqu'à sa mort, il publia plusieurs ouvrages.
30) Jean Jacques de Mesmes, (Mesme, Memmius), comte d'Avaux, né à Paris, où il mourut en 1688. Il fut président à mortier et membre de l'Académie Française.

amicus ille noſter de Mentelianis [1]) codicibus, atque aliis, quos ipſe ſit miſſurus. Si perſpectam ſatis habeo comitatem tuam, non gravaberis Thuanis ſarcinis adjicere, quicquid ille librorum tibi crediturus eſt. Quid impulerit Sereniſſimum Leopoldum ab Etruria, ne gratias ageret Hugenio noſtro pro ſyſtemate Saturnio, jam novi. Miſerat enim Hugenius illi libellum ſuum nulla addita epiſtola, ſed ſola comitatum praefatione typis deſcripta. Ejus rei certiorem me fecit nuper [2]) admodum Carolus Datus intimae apud Principem admiſſionis: addiditque, Principi rem gratam fore, ſi Hugenianis literis compelletur [3]), nec de reſponſione dubitandum. excuſare amicum noſtrum hac in re vix poſſum ut dicam ingenue quod res eſt: frater certe eius [4]) cauſae Principis favebat, et recte ab eo factum contendebat, quod tacuiſſet. Militaſſe etiam pro ſilentio ſuſpicionem de compilatis Galilaei ſcriniis conceptam facile perſuadeor ut credam. De Peyraredio riſum moviſti. Antiquum ille obtinet, quantum video, quem eſuritio et vanae jactantiae inanitas pergant paſcere. Poſſet ille aliquid in literis praeſtare, niſi crederet ſe plurimum praeſtare poſſe. Labbaei Gloſſaria et Themiſtium jam prodiiſſe opinabar, utrumque librum valde a me deſideratum, nunc deſiderium ſufflaminandum eſt, dum prodeant. De Londinenſi typographo [5]) queritur Menagius noſter: de illo viciſſim queritur typographus. Mericus certe Caſaubonus [6]) datis ad Gronovium nuper literis ſerio affirmat nihil Laertii editionem morari praeter Menagianas notas, quum teſtudineo procedant gradu. De Anacreonte Fabri [7]) ſalivam mihi moviſti.

Feſtiviſſimi enim poetae editionem parat [8]) Joannes Cottonus [9]) Eques Anglus,

[1]) Jacques Mentel naquit en 1592 à Château-Thierry et mourut à Paris en 1671. Il était médecin, et devint en 1632 professeur de chirurgie et en 1647 d'anatomie. Il se forma une bibliothèque de 10000 volumes, rares pour la plupart, et de 36 manuscrits; en 1670 le roi en fit l'acquisition pour 25000 livres d'or.

[2]) Voir la Lettre N°. 758[a].

[3]) Huygens a, en effet, écrit à Leopoldo de Medicis. Voir la Lettre N°, 769.

[4]) Probablement il est question ici de Constantyn Huygens, frère.

[5]) Sur Octavian Pulleyn voir la Lettre N°. 277, note 2.

[6]) Emeric Casaubon, fils du théologien calviniste Isaac Casaubon et de Florence Etienne, naquit à Genève le 14 août 1599 et mourut le 14 juillet 1671 à Canterbury. Comme son père, il était savant critique; ils travaillèrent beaucoup ensemble et se fixèrent en 1610 en Angleterre. Emeric y devint curé de Bladdon, recteur d'Ickam et prébendier de Canterbury.

[7]) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 762[a], note 24.

[8]) Cette édition n'a jamais été publiée, à ce qu'il semble: au reste, Cotton était plutôt un collectionneur qu'un savant critique.

[9]) Sir John Cotton, fils aîné de Sir Thomas Cotton et de Margaret Howard, naquit en 1621 et mourut le 12 septembre 1702 à Stratton (Bedfordshire). Il épousa Dorothy Anderson de Stratton et puis Elisabeth Honywood. Il légua à l'état la belle bibliothèque de son grand-père, Sir Robert Bruce Cotton, laquelle, sous le nom de „Cottoniana," fait partie du British Museum et est rénommée pour ses manuscrits.



cui cum nuper mihi adeſſet in comitatu regio, parentis mei [10]) ad ſcriptorem hunc animadverſiones tradidi. In Codice Vaticano epigrammatum Graecorum *ἀνεκδότων* nonnulla Anacreontis exſtant, quae lucem hactenus non viderunt. Niſi ea editioni ſuae Faber adjecit magnam Cottonianae editioni acceſſionem reliquam fecit. Sed de his aliiſque rectius in congreſſum noſtrum differetur confabulatio. Vale, vir amiciſſime et celeberrime.

Dabam properans Hagae Comitum A°. CIↃIↃCLX a. d. V ſextil. Gregoriani.

[10]) Sur Daniel Heinsius voir la Lettre N°. 1[d] (Tome I, Supplément), note 4.

## N° 772[a].

### N. Heinsius à C. Dati.

20 AOÛT 1660.

*La lettre a eté publiée dans les „Clarorum Belgarum Epistolae" Tome I. Elle est la réponse au No. 758[a].*

Jam ſignificavi occupatas eſſe Elzeviriorum typographorum operas in edendis iis, quae ad Naſonem hic illic obſervaveram iampridem. Ea cura me menſibus duobus proximis adeo diſtraxit, Vir Clariſſime, dum omnia editioni paro, ut tres quatuorve epiſtolas Tuas reſponſo ſuo hactenus fraudarim. Ducebam praeterea operiendum Voſſii noſtri reditum, qui aliquamdiu ab hac Civitate abfuit, ut Plinios eius exaratos cum vulgatis Codicibus committerem, quod illo abſente fieri non potuiſſe ultro intelligis. Haec dilatae ſcriptionis cauſa eſt. Poſtremis Tuis copia mihi facta eſt libelli cuiuſdam ab Euſtathio de Divinis conſcripti [1]) quo Syſtema Saturnium Chriſtiani Hugenii labefactare, ac convellere conatur. Tradidi libellum ipſi Hugenio, & hortatus illum ſum, ut cauſam ſuam ageret, ſi recte agi poſſe iudicaret. Ab illo tempore non niſi ſemel a me conventus, haud fore arduam ſuae defenſionis cauſam mihi aſſeveravit. Paucis vero diebus ante libellum Euſta-

[1]) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 765, note 1.

thii huc perlatum, quas hic vides literas [2]), Florentiam curandas ad Sereniſſimum Principem Leopoldum ab Hetruria mihi conſignarat: eas Tuae fidei ac diligentiae committo. Perſuaſum omnino habebam, iam defunctum ſcriptionis officio fuiſſe Hugenium illo tempore, quo Syſtema Saturnium mea opera Florentiam miſſum eſt: Quod cum aliter ſe ſe habere ex penultimis tuis intellexiſſem, erroris huius amicum noſtrum admonui; nec diſſenſit ille, aut negavit hac in parte a ſe peccatum fuiſſe. Salutem quoque illi a Te, Viriſque Clariſſimis Joanne Alfonſo Borello, & Vincentio Viviano tuli, quos ille viciſſim ſuo nomine, ut verbis officioſiſſimis venerarer, me eſt obteſtatus enixe, atque obſecravit. Proximae meae [3]), de Apologia [4]) Hugeniana contra Euſtathianum libellum, certius aliquid nunciabunt. Plinium [5]) Daneſii [6]) iam ſepoſui Tibi, una cum Annalibus Romanis [7]) Pighii [8]), quod utriuſque libri aliud exemplar ſim nactus. In Annalibus Pighii, marmora & numiſmata antiqua paſſim illuſtrantur, plurimumque lucis univerſae Hiſtoriae Romanae adfertur. Tractavit hoc argumentum [9]) poſt Sigonium [10]), & Panvinium [11]), neſcio an rectius Viris illis duobus ſummis, certe luculentius ac diffuſius, cum ex tribus Tomis conſtet ille Commentarius. Vtinam indicem librorum omnium, qui a Te deſiderantur, tandem aliquando mittas! quod & ipſum ego ſum

---

2) Voir la Lettre N°. 769.
3) Voir la Lettre N°. 776.
4) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 782, note 3.
5) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 761$^a$, note 7.
6) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 761$^a$, note 8.
7) Voir l'ouvrage décrit dans la Lettre N°. 776, note 28.
8) Consultez la Lettre N°. 776, note 27.
9) *a*) Caroli Sigonii Faſti Conſvlares, ac Triumphi acti à Romvlo Rege vſque ad Ti. Caeſarem. Eivſdem in Faſtos et Trivmphos, id eſt in vniverſam Romanam Hiſtoriam Commentarivs. Eiuſdem de nominibus Romanorum liber. Venetiis. M.D.LVI. Apud Paulum Manutium, Aldi F. Cum priuilegio Illuſtriſſ. Senatus Veneti, in annos XX. in-folio.
*b*) Onvphrii Panvini. Veronenſis Fratris. Eremitae Avgvſtiniani. Faſtorvm. Libri. V. A. Romvlo. Rege. vſqve. ad. Imp. Caeſarem. Carolvm. V. Avſtrivm. Avgvſtvm. Eivſdem in. Faſtorvm. Libros. Commentarii, in quis infiniti variorum auctorum loci, praecipue vero Hiſtoricorum, partim exponuntur, partim emendantur. His. accedit. Appendix in.qva. Imperatorvm & Conſulum ordinariorum Faſti a Caeſare Dictatore uſque ad Juſtinianum Auguſtum, ab Onvphrio concinnati. M. Verrii. Flacci. Conſularia & Triumphalia Fragmenta, M. Avrelii. Caſſiodori. Proſperi Aquitanici, Incerti auctoris, Marcellini Comitis Chronica. Heidelbergae, CIↃIↃLXXXVIII. in-folio.
10) Carlo Sigonio naquit en 1524 à Modène, où il mourut le 12 août 1584. En 1546 il fut nommé professeur de grec à Modène, en 1552 professeur de belles-lettres à Venise, en 1560 professeur d'éloquence à Padoue, en 1563 à Bologne; il publia plusieurs ouvrages sur l'antiquité et eut à soutenir diverses polémiques avec Robortello, Grouchy et Rissoboni.
11) Onofrio Panvinio naquit en 1529 à Vérone et mourut le 7 avril 1568 à Palerme. Il fut professeur de théologie à Florence, en 1554, durant une année; puis il se voua aux études historiques et acquit le surnom de „Helluo antiquitatis."



facturus, ſimul atque poſt Naſonis editionem confectam plus otii nanciſcar. Jam ante Tibi ſignificavi de aliis etiam Poetis edendis me cogitare, quod ſic intelligas velim, ut perſuadearis ac certe credas, Naſonis ſemper primas apud me partes fore; quem poſt hanc editionem, integris commentariis illuſtratum ſim daturus publico, praeſertim ſi qui codices eius vetuſti de novo in manus meas ſint perventuri. Silii Italici, & Valerii Flacci exemplaria a vetuſtate commendanda nullibi fere extant. Itaque & recentiora magni facienda ſunt, & quidem eo magis, quod Valerio [12]) praeter Carrionem [13]), Silio [14]) praeter Modium [15]) nemo manus admovit. Valerii Codices Vaticanos omnes, & unum in iis antiquiſſimum, ſed valde depravatum, Langermannus [16]) cum vulgatis olim contulit: quorum ille copiam mihi, ut ſpero, non invidebit. Silii exemplaria duo excuſſi, alterum in charta ſcriptum, alterum in membrana, utrumque recentiſſimum, & valde mendoſum. Sed de Silio alias Tecum agam. Catulli, Tibulli, Propertii vetuſta exemplaria etiam inventu ſunt longe difficillima. Duum priorum codices nonnullos [17]) Achilles Statius [18]) cum Vulgatis libris contulit, opera ſane laudabili: ſed Propertium reliquit intactum. Atque haec cauſa eſt cur Propertianos codices diligentius conquiram, quam

---

12) Argonavticon. C. Valerii Flacci Setini Balbi Libri VIII. A Ludouico Carrione Brugenſi locis prope innumerabilibus emendati. Eiuſdem Carrionis Scholia, quibus tum correctionum magna ex parte ratio redditur, tum loci obſcuriores explicantur, vna cum varijs lectionibus. Antverpiae, Ex officina Chriſtophori Plantini, CIↃIↃLXV. Cvm Privilegio. in-8°.
13) Louis Carrion, fils d'un père espagnol et d'une mère allemande, naquit en 1547 à Bruges et mourut à Louvain le 23 juin 1595. Après avoir professé la jurisprudence à Bourges et à Orléans, il devint professeur de droit à Louvain en 1586, et obtint plusieurs canonicats.
14) Franc. ModI Brug. Novantiqvae Lectiones, tributae in Epiſtolas centum, & quod excurrit: in quibus infinitis locis Silius, Cenſorinus, Hyginus, Macrobius, Fulgentius; plurimis Cicero, Seneca, Martialis, Plinius, Calpurnius, nonnullis Propertius, Ouidius, Lucanus, Valerius Maximus, Statius, alij, ſupplentur, emendantur, illuſtrantur, notantur. Cvm Triplici Indice. Francofvrti, Apud heredes Andreae Wecheli. MDLXXXIIII. in-8°.
Modius y consacra 42 lettres à Silius Italicus.
15) François Modius naquit à Oudenbourg en 1536 et mourut à Aire (Artois) en 1597. Reçu docteur en droit à Douai en 1573, il alla passer une grande partie de sa vie en Allemagne; de retour en Belgique il devint chanoine à Aire. Philologue et jurisconsulte, il a beaucoup écrit.
16) Sur Lucas Langermann voir la Lettre N°. 652, note 14.
17) *a*) Catvllvs. cvm. Commentario. Achillis. Statii. Lvſitani. Cum Priuilegio Senatus Veneti. Venetiis. ∞ DLXVI. In Aedibus Manutianis. in-8°.
*b*) Tibvllvs. cvm. Commentario. Achillis. Statii. Lvſitani. Cvm Priuilegio Senatus Veneti. Venetiis. ∞ DLXVII. In Aedibus Manutianis. in-8°.
18) Achille Estaço (Statius), fils du chevalier Paulo Nunes Estaço, naquit le 24 juin 1524 et mourut le 28 septembre 1581. Quoique destiné à l'état militaire, il se voua aux études en Portugal, à Louvain, à Paris, et à Rome. Il devint bibliothécaire du Cardinal Sforza, secrétaire du Concile de Trente et de divers Papes. Il écrivit nombre d'ouvrages.

Tibullianos aut Catullianos; & videor unum mihi eius Poetae, inter multos, in Medicea Bibliotheca vidiſſe caeteris paulo vetuſtiorem. Subiiciam duos aut tres locos ex Scriptore illo, ſuper quibus, per otium, Mediceos huius Poetae libros conſulas; unde facile apparebit, ſit ne inter eos codex aliquis praeſtantis notae. Idem in Valeriis Flaccis Mediceis explores velim: ex uno enim alteroque exemplari vetuſto, reliqua, quae nunc in Bibliothecis occurrunt, utriuſque Poetae exemplaria deſcripta ſunt. Ego plurima ſolis coniecturis fretus, tam in Valerio, quam Propertio reſtitui, quae Tibi aliquando, ut auguror, ſeſe probabunt. Propertii duos treſve Codices ſcriptos Voſſius noſter poſſidet, ego unum; quorum tamen nullus alicuius eſt rei. Codex, quo uſus eſt Scaliger [19]), quanquam recentiſſimus, tamen optimae fuit notae. Et ſane ſunt inveterati admodum naevi in pleriſque Scriptoribus. Lucretii, Arateorum Germanici; Catalectorum Virgilii codices veterrimos evolvi; qui tamen naevis eſſent inquinatiſſimi. Id ipſum in Pliniis Voſſianis quoque animadverto; ut qui unum exemplar evolverit, multa evolverit, adeo inter ſe conveniunt: Chiffletianus [20]) tamen Codex fuit praeſtantiſſimus. De Vrbicio quod bene ſperare iubes, gaudeo; eiuſque rei certiorem faciam quamprimum Illuſtriſſimum Schelium [21]). Si tamen Schefferus [22]) eius editionem [23]) eſt adornaturus, nihil attinet denuo deſcribi librum mox luci committendum. De Golio, pudet profecto: Diu eſt, quod Leidae non fui, ut illum promiſſi admonere non potuerim. Compellabo tamen per literas hominem, & per amicos, ut beneficium extorqueam, ſi aliter ſperare non poſſum. Vir minime eſt malus, etiam officioſus haud raro, ſed plurimis negotiis ſeſe immiſcet, per quae ab officiis nonnunquam invitus avocatur. Si cunctari tamen perget, & ſpem noſtram fruſtrari, alium inveniam, qui haec Symbola Pythagorica qualiacunque deſcribat,

[19]) Catvlli, Tibvlli, PropertI Nova Editio. Ioſephvs Scaliger Ivl. Caeſaris. F. recenſuit. Eiuſdem in eoſdem Caſtigationum Liber auctus & recognitus ab ipſo auctore. Ad Ampliſſimvm Virvm Cl. Pvteanvm Conciliarium Regium in ſuprema Curia Pariſienſi. In Bibliopolo Commeliniano. 1600. in-8°.

[20]) Jean Jacques Chifflet naquit à Besançon le 21 janvier 1588 et mourut en 1660. Il voyagea beaucoup et fut le médecin du roi Filippo V, de l'archiduchesse Isabella et du Cardinal Fernando à Bruxelles. Il publia plusieurs ouvrages.

[21]) Sur R. H. Scheels voir la Lettre N°. *757ᵃ*, note 13; sur l'ouvrage désigné consultez la note 12.

[22]) Voir la Lettre N°. *761ᵃ*, note 14.

[23]) Il suit des lettres de Dati à Heinsius qu'il s'agit ici de manuscrits que la reine Christine avait donnés à Scheffer et que celui-ci publia sous le titre:

Arriani Tactica & Mauricii Artis Militaris Libri dvodecim. Omnia, nunquam ante publicata, Graece primus edit, Verſione Latina Notiſque illuſtrat Joannes Schefferus Argentoratenſis. Upſaliae. Cvm Regio Privilegio. Excudit Henricus Curio. S. R. M. & Academiae Upſalienſis Bibliopola. Anno MDCLXIV. in-8°.



& in Sermonem Latinum convertat. Illuſtriſſimum Borellium [24]) Reipublicae Noſtrae Oratorem apud Chriſtianiſſimùm Regem aſſiduus adhortor, ut Commentarium ſuum de nuper inventis Inſulis [25]) luci committat, idque ſe facturum brevi pollicetur. Habet paratas Animadverſiones in Pauli Veneti [26]) Itinerarium [27]) quas una in publicum eſt daturus. Caeterum cum ex me intellexerit, extare editionem Pauli Veneti Tarviſinam [28]) ante annos triginta aut quadraginta proximos editam, quae diverſa ſit ab ea, quam Rhamuſio [29]) debemus, ac longe integrior ſinceriorque, cum Rhamuſiana editio [30]) ex Latino Itinerario videatur eſſe tranſlata in vernaculum idioma, idque ab homine imperito rerum, Tarviſina vero genuinum ſeſe Pauli Veneti factum eſſe promittat, atque aſſeveret; rogatum Te velim, ut ſi libellus ille ex Tarviſina, quam dixi, editione in manus Tuas venalis incidat, eum aut ad me, aut ad Borellium Pariſios deferendum cures. Titulum eius accuratius deſcriptum mittam proxime. Epithalamium Nuptiis Regis Chriſtianiſſimi a Te conſcriptum [31]) avide expecto. Gronovii noſtri caſtigationes [32]) in Senecae Tragoedias lucem hoc anno videbunt. Voſſius Apologiam [33]) parat pro LXX. interpretibus & Samaritano Sanctae Scripturae Codice. Marucellianis [34]) virtutibus pretium

[24]) Heinsius indique ici W. Boreel. Consultez la Lettre N°. 63, note 3.

[25]) Cet ouvrage nous est resté inconnu. Il s'agit probablement de la découverte, faite par de Vries et Schaep, des îles japonaises Sachalin, Jesso et les Kouriles.

[26]) Marco Polo (Paolo, Paulus Venetus) était le fils de Nicolo Polo, et le neveu de Matteo Polo, riches marchands, qui entreprirent des voyages dans le Levant, en Perse et en Chine: Marco Polo les imita bientôt. Il naquit vers 1256 à Venise, où il mourut en 1323. Il donna des relations de ses voyages dans le Livre des merveilles du monde, publié d'abord en français.

[27]) Marci Pauli Veneti, Hiſtorici fideliſſimi juxta ac praeſtantiſſimi, de Regionibus Orientalibus Libri III: Cum Codice Manuſcripto Bibliothecae Electoralis Brandenburgicae collati, exq; eo adjectis Notis plurimùm tum ſuppleti tum illuſtrati. Accedit, propter cognationem materiae, Haithoni Armeni Hiſtoria Orientalis: quae & de Tartaris inſcribitur; itemque Andreae Mulleri, Greiffenhagii, de Chataja, cujus praedictorum Auctorum uterque mentionem facit, Diſquiſitio; inque ipſum Marcum Paulum Venetum Praefatio, & locupletiſſimi Indices. Coloniae Brandenburgicae, Ex Officina Georgii Schulzii, Typogr. Elect. Anno M.DC.LXXI. in-4°.

[28]) Voir l'édition citée dans la Lettre N°. 24, note 15.

[29]) Giovanni Battista Ramusio naquit en 1485 à Trévise et mourut à Padoue le 10 juillet 1557. Il fut souvent envoyé en ambassade et en 1513 devint secrétaire des Dix de Venise. Il fit une collection de relations de voyages importantes, et en publia quelques-unes avec des commentaires.

[30]) Navigazioni e viaggi reſſalti già da Gio. Batt. Ramuſio. Venezia. Gimenti. III. Vol. in fol. de 1550, 1559 et 1556.

[31]) Voir la Lettre N°. *761ᵃ*, note 15.

[32]) Voir la Lettre N°. 474, note 2.

[33]) Voir la Lettre N°. 907, note 26.

[34]) Voir la Lettre N°. *761ᵃ*, note 17.

a Magno Hetruriae Duce [35]) poni gaudeo. Notarum in Naſonem mearum iam tertia circiter pars typis eſt deſcripta. Lentius procedunt operae typographicae quam velim. Proxime ſpecimen ad Te mittam ex Pliniis Voſſianis. Alterum exemplar eſt recentioris notae, alterum vetuſtiſſimum; ſed valde mendoſum, ut video, nec praeſtantis fidei. De Plinio [36]) Latii [37]) noli eſſe ſollicitus, nihil enim boni habet, praeter typorum elegantiam. Collegit Salmaſii omnes in Plinium coniecturas ex Solinianis Exercitationibus [38]): nihil praeter hoc unum praeſtitit. Sed extat Parmenſis [39]) niſi fallor, editio, ſub inventam primo Artem typographicam procuſa, quam valde laudat Voſſius, & poſſidet. Epiſtolam hanc heſterno die accepi Monaſterio, a Bernardo Rottendorphio [40]) patre Euſtachii, quam Romam mitti ad filium vellet, cum ipſa Monaſterienſis Civitas obſidione nunc cingatur. Non potui hoc officium viro optimo negare: quare velim tuto perferri cures. Vale. Plura brevi.

Dabam Hagae Comit. XX. Auguſti MDCLX.

---

35) Manucelli fut envoyé à Paris comme ambassadeur de Toscane.
36) C. Plinii Secvndi Hiſtoriae Naturalis Libri XXXVII. Lvgdvni Batavorvm. Ex officina Elzeviriana. A°. 1635. in-12°. [Ed. Joannes de Laet].
37) Johannes de Laet naquit en 1582 à Anvers et mourut à Leiden en 1649. Il était géographe et un des principaux collaborateurs à la collection Elzevirienne des „Respublica."
38) Cl. Salmaſii Plinianae Exercitationes in Caii Ivlii Solini Polyhiſtoria. Partes II. Pariſiis, Apud Hieronymvm Drovart via Jacobaea ſub Scuto Solari. M.DC.XXIX. Cvm Privilegio Regis. II Vol. in-folio.
39) Caii Plynii ſecvndi natvralis hiſtoriae libri 1—37.
Cette édition commence par les mots: „Caivs plynivs marco ſvo ſalutem;" et finit par „& Philippū tuū dilige"; c'est une lettre de Philippus Broaldus (connu comme Beroaldus) lequel a donné cette édition. Le titre de cette lettre porte:
„Caii plynii ſecvndi natvralis hiſtoriae libri triceſimiſeptimi et vltimi finis impreſſi parmae dvctv et impenſis mei ſtephani coralli lvgdvnenſis. M.CCCC.LXXVI. regnante invictiſſimo principe galeaceo maria mediolani duce qvinto.
40) Bernhard Rottendorff, médecin municipal de Munster et médecin de l'évêque Ferdinand von Fürstenberg, s'occupa beaucoup d'éditions de médecins anciens.



## N° 788[a].

### N. Heinsius à C. Dati.

15 OCTOBRE 1660.

*La lettre a été publiée dans la „Clarorum Belgarum Epistolae" Tome I.*
*Elle est la réponse au No. 780.*

Dies decimus quartus nunc agitur, Vir Clariſſime, quod Hugenii noſtri Apologiam [1]) ad Te miſi [2]), una cum eius ad Sereniſſimum Principem Leopoldum ab Hetruria literis [3]). Poſtea Hugenius hinc in Gallias profectus eſt [4]), menſes duos treſve domo abfuturus. Ante profectionem tradita illi a me eſt Sereniſſimi Principis epiſtola [5]), quam longe acceptiſſimam habuit, nec reſponſione ſua fraudandam duxit, ut hic vides [6]). Golium nudius tertius in Voſſianis aedibus habui obvium; cui aurem de Symbolis Pithagoricis Arabum denuo velli. Reſpondit libellum diu ſe fruſtra quaeſiviſſe non ſine magno labore: ac demum inveniſſe, ac deſcribendum amico tradidiſſe. Nunc in eo ſe eſſe, ut Latinam Arabico exemplari addat verſionem, qua confecta, ſe omnia in manus meas ad Te mittenda traditurum. Non deſinam porro hominem urgere, ut promiſſi fidem liberet. Hugenius negat ſe quicquam luci commiſiſſe, praeter Syſtema Saturni [7]), ac Circuli Quadraturam [8]), Diſſertationemque de Pendulo [9]), quam auctiorem habet in promptu mox edendam [10]). Dioptrica etiam ſe brevi editurum pollicetur. Scripſit praeterea neſcio quid libelli Mathematici vernaculo ſermone [11]), quod Schotenius inter Opuſcula ſua Belgica [12]) promulgavit. Plura proxime. Clariſſimus Bullialdus nudius tertius [13]) ex Galliis huc advenit, iter Gedanum moliturus, ut Hevelium conveniat. Vale, meum decus.

Dabam feſtina manu, Hagae Comitis MDCLX. a. d. XV. Octobris.

---

1) Brevis Assertio. Voir la Lettre N°. 782, note 3.
2) Consultez la Lettre N°. 782.
3) Voir la Lettre N°. 783.
4) Huygens partit pour Paris le 12 octobre 1660 [Dagboek].
5) Voir la Lettre N°. 781.
6) Voir la Lettre N°. 788.
7) L'ouvrage décrit dans la Lettre N°. 640, note 2.
8) L'ouvrage de la note 1 de la Lettre N°. 191.
9) Heinsius désigne ici le „Horologium". Voir la Lettre N°. 511, note 2.
10) Cet ouvrage, le „Horologium Oscillatorium", ne fut publié qu'en 1673.
11) Heinsius fait allusion au traité „Van Rekeningh in ſpelen van Geluck". Voir la Lettre N°. 288, note 1.
12) Consultez ses „Mathematiſche Oeffeningen", cités dans la Lettre N°. 281, note 1.
13) Boulliau arriva à la Haye en octobre 1660.

## N° 789$^{a}$.

### N. Heinsius à J. Fr. Gronovius.

20 OCTOBRE 1660.

*La lettre se trouve à Leiden, Fonds Burman.*
*Elle a été publiée dans le „Sylloge" Tome III.*

Nicolaus Heinsius Joanni Frederico Gronovio S. P. D.

Leidam

Tardius ad tuas reſpondeo, vir ſumme, quam fieri oportuit. Sed dum Bullialdi noſtri adventum ac congreſſum operior, officium ſcriptionis differre ſum coactus. Is ergo, quod mirere, nihil mihi tibique a Menagio attulit, cum tamen tibi Senecam Guyeti [1]), mihi Virgilium manu exaratum obtuliſſet. Credo hominem exiſtimationi contra inſultum Senatus tuendum intentum de promiſſo non potuiſſe cogitare. Accepi tamen poematum ejus novam editionem, pro quo munere cum gratias illi ſim acturus perendie, de Virgilio non miſſo obiter mentionem injiciam. Si quid de Seneca Guyeti vis additum, tempeſtive monendus ſum. Limogius [2]) me convenit, placuitque. Sed hominem ſermonis Belgici vix gnarum, qui commendare poſſim Proceribus haud video. Nos de re tota coram aliquando confabulabimur. Nam de profectione mea, quantum video, lentum erit negotium. Mea enim intereſt ne pedem hinc moveam, niſi lite judicata, quae ſola me moratur, quod cum proceres noſtri intellexiſſent, heroes Wittius ac Bellimontius [3]) inſtructi publica auctoritate Judices convenerunt, monueruntque intereſſe rei publicae, ut cauſae meae diſcutiendae ſuprema manus quam primum inponatur. idque ſe facturos iudices ſunt polliciti. Jnterim ambitioſis, quaeſo, titulis abſtine impoſterum. Menagij verſus hîc habes, cum Gudij epigrammate apologetico, nimis certe bono in mala cauſſa. De codice Norico multa magnifice amicus ille noſter erat pollicitus, qua in re alienis potius oculis, quam ſuis, credidit. Eſt enim codex recentis notae: an caſtigatus ſit & fidus, necdum affirmare poſſum. Mox intelliges. De codicibus Remenſibus plus ſpero. Lucani tria exemplaria a Rottendorphio [4]) accepi,

[1]) François Guyet naquit à Angers en 1575 et mourut à Paris le 12 avril 1655. Dans ses fréquents voyages il noua beaucoup de relations; plus tard, il se retira au Collège de Bourgogne. Il était poète et commentateur latin: ses livres d'auteurs latins, tout couverts de notes marginales, furent achetés par Ménage, qui en profita largement.

[2]) Alexandre Toussaint Limojon de Saint-Didier (connu sous le nom de chevalier de Saint-Didier) naquit à Avignon vers 1630 et mourut en 1689. Il fut écuyer du comte d'Avaux, qui lui confia plusieurs fois des affaires de diplomatie: c'était un écrivain distingué.

[3]) Heinsius parle ici de Herbert van Beaumont, secrétaire des Etats-Généraux. Voir la Lettre N°. 240, note 3.

[4]) Bernhard Rottendorff, voir la Lettre N°. 772$^{a}$, note 40, de ce Supplément.



quatuor ab Illuſtriſſimo Thuano [5]). Spanhemius [6]) interim, ea de re non ſemel per me monitus, praefracte tacet. Utar igitur illis codicibus mihi, Anacreontem Fabri [7]) habeo, ſed necdum perlegi. Meis in Faſtos animadverſionibus ſupremam manum poſt biduum triduumve typographi imponent. Vale, flos & ocelle elegantiorum literarum. Dabam feſtinus Hagae Comitis CIƆIƆCLX a. d. XX. Octobr. Gregor.

Chriſtianus Hugenius Lutetiam profectus eſt, ante diſceſſum propoſuit mihi caſtigationem in Naſone ſuam, quam puto eſſe veriſſimam, libro XII. Metamorphoſenon initio [8]) fabulae de ſingulari Achillis & Cygni certamine,

. . . . . *Hectoreâ primus fataliter haſta,*
*Proteſilae, cadis: commiſſaque praelia magno*
*Stant Danais; forteſque animae, neque cognitus Hector.*

Itane vero? non cognitus Danais Hector? qui virum fortiſſimum Proteſilaum interfeciſſet? Legit feliciter, ſi quid video, Hugenius, *fortiſque animae nece cognitus Hector*, ut per fortem animam Proteſilaum intelligat, cuius paulo ante meminerat [9]). Pro ſpecimine editionis Sancti Hieronymi [10]) Malincrotiano [11]) multum tibi debeo: de Cappellani noſtri ode judicium tuum fac ex te audiam. Nam & ad illum proxime ſum ſcripturus.

[5]) Voir sur l'ambassadeur de Thou, la Lettre N°. 366, note 3.

[6]) Voir sur Ezechiel Spanheim la Lettre N°. 7, note 4.

[7]) Voir la Lettre N°. 762$^{a}$, note 24.

[8]) Aux versets 67 sqq.

[9]) Dans ses Notae in Metamorphoſes Ovidii Naſonis, T. II. 1659, pag. 311, Nic. Heinsius dit:

Nunc omnino amplector conjecturam Chriſtiani Hugenii Zulichemii viri ad ſumma quaevis noti, qui monebat nuper, reponendum ſibi videri

— fortiſque animae nece cognitus Hector

ut Proteſilaus ſubintelligatur, de quo paulo ante egeret. De cujus conjecturae veritate vix dubio.

Consultez la Lettre N°. 907, note 1.

Il résulte de la date de cette lettre que les notes mentionnées n'ont pas été imprimées en 1659, comme le corps de l'ouvrage, mais en 1660 ou 1661.

[10]) Il paraît que cette édition de S. Hieronymus par Malincrot n'a jamais vu le jour; consultez l'ouvrage:

Bernardi à Malincrot Decani Monaſterienſis etc. De Archicancellariis S. Rom. Imperii ac Cancellariis Imperialis Avlae, Qvibvs acceſſervnt Svmmi Pontifices et S. R. E. Cardinales Germanici, aliaqve. Editio Tertia cvm Praefatione Bvrcardi GotthelffI StruvI, de Fatis et Scriptis Mallincrotianis. Ienae apvd Io. Felicem Bielckivm. MDCCXV. in-4°.

[11]) Bernard von Mallinckrodt naquit le 29 novembre 1591 à Ahlen et mourut à Ottenstein le 7 mars 1664. Né protestant, il se fit catholique en 1616. En 1625 il devint doyen du chapitre à Munster, mais, n'ayant pas été nommé évêque en 1650, il se jeta dans des intrigues et fut enfin excommunié et emprisonné. Il possédait une belle bibliothèque.

## N° 819[a].

### N. Heinsius à C. Dati.

### 3 décembre 1660.

*La lettre a été publiée dans les „Clarorum Belgarum Epistolae" Tome I.*
*Elle est la réponse au No. 794.*

Poſtremae, quas a Te habui, die quinto menſis Octobris exaratae, recte mihi ſunt redditae. Ad quas tamen tardius nunc reſpondeo, Vir clariſſime, quod Hugenio noſtro iam in Gallias profecto ad me perlatae, Lutetiam una cum Sereniſſimi Principis literis [1]), quas curandas mihi committebas, ac Diſſertationibus doctiſſimis Laurentii Magalotti [2]), ac Johannis Alphonſi Borelli [3]) mittendae fuerunt. Volebam enim, ut Hugenius, quid factum velles Diſſertationibus, ex Te ipſo intelligeret. Remiſit ille literas cum multa gratiarum actione, ſeque epiſtolam [4]) ad Te daturum eſt pollicitus, per quam aditum ſibi pararet ad Tuam benevolentiam. Apologiam [5]) eius contra Honoratum Fabrium, & Euſtathium Divinum, iampridem ad vos perlatam eſſe confido: de qua tamen quid ſentires, hactenus reſcire non eſt datum. Quare ſuſpicor cum valetudine infirma Te conflictari: atque ea cura anxium ſollicitumque haud leviter me habet. Juſſiſti enim iam non ſemel alias literas me ſperare, quae ubertim de communibus ſtudiis ac rebus privatis noſtris eſſent acturae, nec comparuerunt tamen illae hactenus. Clariſſimum Golium nuper conveni ſuper libello Arabico Symbolorum Pythagoreorum [6]), quem ille iam deſcriptum mihi oſtendit. Hortatus ſum ut verſionem quoque ei ſuam attexeret: quod quanquam ſe facturum eſt pollicitus, tamen tarde proceſſurum iſtud negotium, ex ingenio viri cuntabundo ſatis colligi a me poteſt. Opinor autem Arabica illa non eſſe magnae rei, cum ſolam fere Pythagorae vitam complectantur, & illam quidem ex Porphyrio [7]) excerptam, qui [8]) in ipſo libello, ſi quid Golio credimus, lau-

1) Voir la Lettre N°. 795.
2) Voir la pièce N°. 798.
3) Voir les pièces Nos. 796 et 797.
5) Voir la Lettre N°. 816.
5) Voir l'ouvrage décrit dans la Lettre N°. 782, note 3.
6) Heinsius désigne ici l'ouvrage publié par J. Elichmann et décrit dans la Lettre N°. 776, note 19.
7) Malchvs De Vita Pythagorae. Nunc primum ex MSC. in lucem editus à Cvnrado Ritterſhvſio J. C. & Profeſſore Norico. Cum eiuſdem Notis. Ad CL. Doctiſſimum Virum Danielem Heinſivm. Altorfii. Excudebat Cvnradus Agricola. Anno cIↃIↃcx. in-8°.
Consultez l'édition:
Jamblichi Chalcidenſis, ex Coelo-Syria, De Vita Pythagorica Liber, Graece & Latine. Ex Codice MS. à quamplurimis mendis, quibus Editio Arceriana ſcatebat purgatus, Notiſque perpetuis illuſtratus à Ludolpho Kuſtero. Verſionem Latinam, Graeco Textui adjunctam,



detur. Dabo tamen operam, ut libellus qualiſcumque ad Te perferatur. Si Latino ſermone donatum a Golio impetrare non poſſum, Arabicum mittam. Diſſertationem tertiam, cuius ſpem facis, avide expecto; ſive Tua erit, ſive alterius cuiuſvis placituram mihi certus ſum, quia a Te mittetur. A doctiſſimo Bigotio diu eſt quod literarum nihil accepi: quare veternum hunc in illo excitandum duxi. Literas ipſas apertas mitto, ut Te doceant, quid rerum nunc apud nos geratur. Mitto & alteras ad amicum [9]), qui Poemata ſua Latina [10]) nuper Piſis edita ad me miſit. Quid amici communes in Civitate veſtra nunc agant, fac ſciam. Vale, decus noſtrum.

Dabam Hagae Comitis MDCLX. a. d. III. Decembris.

confecit Vir Illuſtris Ulricus Obrechtus, Accedit Malchus, ſive Porphyrius, de Vita Pythagorae: cum Notis Lucae Holſtenii, & Conradi Ritterſhuſii Itemque Anonymus apud Photium de Vita Pythagorae. Amſtelodami, apud Viduam Sebaſtiani Petzoldi; & Filium ejus Chriſtianum Petzoldum. CIↃDCCVII. in-4°.
8) Melek (Malchus, Porphyrios en grec) naquit en 238 en Syrie et mourut en 304 à Rome. Il était philosophe néoplatonicien. Il nous reste beaucoup de ses écrits, entre autres „De abſtinentia ab eſu animalium".
9) Petrus Adrianus van den Broeck (Broek), professeur de poésie au Lycée de Pise.
10) P. A. Broeckius. Poemata Latina. Piſis. 1660. in-8°.